



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Alienare

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

ALIENARE.

Alienare bona Ecclesie sine certis solemnitatibus, & causa prohibetur.

1. Prohibitum est in extrav. Ambrosiana edita à Paulo II. alienare bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum ultra triennium sine licentia Papæ, & extra casum evidentis utilitatis Ecclesie, sub pœna excommunicationis, nullitatis contractus, & aliis. Ubi etiam prohibetur oppignoratio; nam prohibita alienatione à jure, prohibita etiam est oppignoratio l. fin. C. de reb. alien. non alien. p. 5. tract. 13. ref. 16. Et prohibentur alienari bona hospitalium. Ita Riccius, p. 1. ref. 37. nu. 1. p. 1. tr. 8. ref. 77. initio.

2. De alienatione bonorum Regularium. Vide V. Prælati Regularis jurisdictionis in alienando.

Sed an solemnitas, & causa requirantur cogulatur certant Doctores.

3. Unum hic quæro. An alienatio stabilium alicujus hospitalis facta in evidentem ipsius utilitatem, sine tamon consensu Sedis Apostolicæ, sit valida & non incurratur excommunicatio? Respondet Bonacina de contr. disp. 3. qu. 8. punct. 4. n. 11. dicit, alienantes incurrere excommunicationem, & alienationem esse nullam; quia in Bulla præscribitur tanquam forma, ut interveniat solemnitas, & causa; absque forma autem actus non subsistit. Quaranta V. alienat. num. 34. & Rota Romana, p. 3. lib. 2. decis. 225. num. 3. 4. dicunt esse validam. Et ego puto cum Reginaldo tom 2. lib. 30. tract. 3. cap. 5. sect. 2. num. 69. & 70. tales alienantes non incurrere excommunicationem. Quamvis ad tollendos scrupulos, deberent absolvi per Bullam, & petere consensum Summi Pontificis, p. 1. tract. 8. ref. 77.

Clericus potest alienare patrimonium absque licentia Episcopi, & bona talia non dicuntur Ecclesiastica.

4. Quoad Alphonsum Portugallie Regem in alienatione. Vide par. 8. tract. 1. ref. 73. §. Notandum 1. Clericus potest alienare absque licentia Episcopi patrimonium, quando habet unde vivat; par. 9. tract. 8. ref. 23. Unde si alienavit, vel permutavit, aut vendidit, tenent hæc omnia ibid. §. Verum; bona verò patrimonialia ad quorum titulum ordinantur non fiunt bona Ecclesiastica, ta-

Summa Diana.

metri bona personæ Ecclesiasticæ sint. ibid. §. Et tandem.

5. Bona minoris, & Ecclesiæ, quæ servando servari possunt, alienari nequeunt non servatis debitis solemnitatibus, ut de bonis minoribus. lib. 2. & roto tit. ff. de reb. eorum, & de reb. Eccles. d. extravag. Ambitiosos. Quaranta, & alii, p. 1. tract. 26. ref. 52. & utraque sententia est probabilis, & certè possunt obligari fructus, dummodo non sit solvendum lucrum cessans, vel dampnum emergens ibid.

Non possunt alienari non servatis solemnitatibus. Fructus possunt obligari.

6. Clericum posse alienare patrimonium absque licentia Episcopi, si aliunde acquisivit beneficium, vel alia bona sufficientia pro victu, negat Hugolin. Præposit. & alii; quia sic videtur statueret Concilium Trid. cap. 2. sess. 21. Affirmant verò Garcia, Molfesius, Azor. Ego verò utramque sententiam iudico probabilem; sed probabiliorem primam; quia aliàs frustratoriè apponeret Concilium, absque Episcopi licentia. p. 9. tr. 8. ref. 23.

Clericus, an possit alienare patrimonium absque licentia Episcopi.

7. An verò talis alienatio facta absque Episcopi licentia, antequam Clericus habeat unde vivat, sit nulla; licet affirmativa sententia sit probabilior; contraria tamen non videtur carere probabilitate. Hæc authores habet Suarium, & P. de Ledema: illa Præpositum, Avilam, Molinam, & colligitur ex Tridentino. ibid. §. Sed hic oritur.

An ista alienatio sit nulla.

8. Ex pecunia dotali pro monialibus, ubi usu non habetur non potest emi a ger, vel vinea absque assensu Apostolico. P. Bossius par. 10. tr. 16. ref. 51. §. Nota hic obiter.

Ex dotali non potest emi ager.

9. Speculativè loquendo, probabiliter posset dici, quod bona Ecclesiæ relicta possint alienari absque assensu Apostolico, non practicè absque illo: sic etiam in praxi non est observatum, quod Ecclesia possit permutare sua bona cum Principe absque eodem assensu. Din. par. 10. tract. 16. resol. 21.

Absque assensu Pontificis non possunt alienari. Nec cum Principe permutari.

10. Alienare partem, vel totam Reliquia non incurrunt in pœnas Paulinæ, dummodo dolosè non fiat. Dian. p. 10. tr. 14. ref. 21.

Si dolosè non sit, non incurritur.

F ALLO-